



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, praecipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

§. 11. Quomodo infirmi co[n]tra tentationes muniendi sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49274)

nario modo funus sepeliri, sed mox 200. vel 300. sacra
legi curavit.

IV. Tertium est, ut, quæ vivens exequi potest in
sua salutem, non facile hæredibus committat, quem
narrasse proderit, quod teste Fabro Conc. 5. in Domini
Pent. litt. C. olim filius quidam Patri suo responderat
enim pater, qui magnam liberis hæreditatem relicturum
ante mortem quæreret ex illis, quid quilibet post
patris in animæ abeuntis solatium acturus esset, & illi
sas tot legi se curaturum, alius tantam eleemosynam
turum, alius alia facturum se polliceretur, tandem mihi
illorum; nihil ego, inquit, promitto; si enim tu, dum
nus es divitiarum & bonorum tuorum, nihil pro salu
mæ tuæ decernis, multò minùs à liberis, quorum quilibet
tem tantum bonorum acquireret, sperare poteris.

§. XI.

Quomodo Infirmi contra Tentationes
muniendi sint.

Plures quidem tentationes Infirmis occurrere solent,
quæ omnes ad octo ferè species revocari possunt, de
bus proinde hoc loco agendum est.

MEMBRUM I.

De prima Tentatione contra Fidem.

I. Prima tentatio & periculosa satis illa meritò cen
quæ contra Fidem in animo Infirmi exoritur; cum
bene sciat Stygius Veterator, fidem esse basin totius spiri
lis ædificij, eò omnia sua machinamenta dirigit, ut homin
à tutissima Fidei statione in periculosum vacillationis
lagus deiciat. Unde meritò monet Ecclesia cum D. Pet
c. 5. Adversarius vester tanquam leo rugiens circuit quæ
quem devoret, cui resistite fortes in fide. Quare etiam
rarius diligentiam omnem adhibeat, ut infirmus scutum
dei firmiter teneat, eaque S. Thomæ verba sæpe repetat:
do, quidquid dixit Dei Filius: nil hoc verbo veritatis
fac me tibi semper magis credere, in te spem habere, m
gere. Præterea verò has etiam industrias adhibeat.

II. Et r. quidem, si sit Catholicus, ceteroqui bonus, sed tantum circa aliquorum mysteriorum altiorum veritatem tentetur, monendus est, ut nullo modo disputet cum dæmone, sed hoc solum illi semper opponat scutum: Credo, quidquid credit S. Mater Ecclesia. Ad maiorem verò confirmationem poterit recitare magno affectu, vel Symbolum Apostolorum, vel sequentem protestationem: Protestor coram DEO, & universa curia cœlesti, & nominatim coram S. Angelo meo Custode, & coram vobis astantibus, quod in hac fide S. Romanæ Ecclesiæ vivere & mori velim; & si per delirium aliquod verbum ab ore meo excideret, quod aliter sonaret, protestor, quod illud non sit meum, sed hoc tantum, quod protestatus sum. Sic me DEVS adjuvet, & sancta DEI Evangelia. Eundem in finem proderit frequenter per breves aspirationes confirmationem in fide à Deo petere v. g. cum Apostolis dicendo: *Domine adauge nobis fidem.*

III. Si de veritate totius fidei Catholicæ dubitet, poterit sequentibus potissimum rationibus juvari; nimirum ut ostendatur illi, quod hæc fides sit illa, quam tot Sancti, tot Doctores tenuerunt, quam tot Martyres sanguine per tanta martyria fuso confirmârunt, quam tot miracula probârunt, quæ sola per totum orbem propagata est, quâ Apostoli homines tam rudes, & alii eorum sectatores totum propè mundum subjugârunt, quam legis ejus perfectio & sanctitas commendat; ex quibus omnibus tandem hoc dilemma confici potest, non parum efficax ad pertinacem intellectum ægri convincendum: vel putas, quod salutem consequi possint ij, qui hanc Catholicam fidem tenent, vel negas id fieri posse? si secundum: absurdum planè est, tot, tamque sanctos homines & tanta ex purissimo DEI amore perpeßos credere damnatos esse. Si primum; ergo cum per te salvi fieri possint Catholici, per nos autem nullus salvus fieri possit extra fidem Catholicam, æquum est, ut in tanti momenti negotio, à quo æterna tua felicitas, vel miseria pendet, securiori viâ incedas, quam scilicet omnes ad beatitudinem ducere concedunt, qualis est Catholica Fides.

S ;

MEM-

M E M B R U M II.

De Diffidentia & Desperationis tentatione

I. Secunda est tentatio diffidentia & desperationis, quam sic muniendus est ager. 1. Si oriatur ex odij, vindicta, aut affectus ad peccatum, aut peccato multiplicato, removeantur hæ radices, tum per confessionem medijs supra assignatis pro inimicitia tollenda.

II. Si oriatur ex pusillanimitate vel peccatorum multitudinem ac magnitudine, ostendatur, quam Pater æternus ter misericordiarum, cuius miserationis non est numerus, paratus Filium prodigum recipere; quam paratus DEI Pastor animarum ad ovem perditam suscipere, quam amicè Pater filium errantem receperit, pro inimice cruce rogaverit &c. Ostendatur in SS. Christi vulnere illud mare rubrum, in quo diabolus cum toto exercitu, peccatis scilicet ægri, submergendus sit. Narretur, Christus Carpo petenti, ut duo peccatores in infernum perirent, dixerit, nimirum se paratum esse, iterum peccatoribus mori. Demonstratur, quam ipse etiam Sanctus paratus sit recipere peccatores, exemplo Iuxta Patre & Filio rejecti, & à Spiritu Sancto recepti, ut in Exempl. V. Miseric. Dei. ex. 1. fusiùs videre est. Ostendatur, quam tota Trinitas parata sit recipere peccatores exemplo tot peccatorum, qui è statu pessimo ad summam perfectionem & vitæ sanctitatem pervenerunt. Quales sunt S. Maria Magdalena, S. Ægyptiaca, Pelagia, Thais meretrix, S. Augustinus, David, Latro, Theophilus, Nicolaus S. Antiochenus, auxilio conversus, Moyses latro. Præterea etiam sanctorum Patronorum parata, maximè B. V. in membris revocari possunt, simulque illud S. Bonaventuræ solacium nissimum dictum proponi. *Sicut à te despectus & averfus est, ut pereat, ita à te respectus & conversus, ut revocetur.* I. 1. Pharetr. c. 5. Unde S. Bernardus dicebat. *Lioli hæ peccatorum scala, hæ mea fiducia, hæ tota spes mea.* In confirmationem hujus fiducie poterit exemplum Theophili, B. Ægidij Monachi ex potestate demonis proprii, variorum latronum, qui ob unum, alterumve opus misericordiam præter spem invenerunt, proponi, simulque

quantò maiorem ipse ager fiduciam concipere debeat, qui tot
pia obsequia per vitam misericordie Matri exhibuerit. Iuvenit
etiam promissiones Dei ob oculos ponere & dicere: Ecce cha-
rissime, si Deus tibi litteras dedisset, quibus tibi veniam om-
nium peccatorum promitteret, num in tali casu diffideres mi-
sericordie & veritati illius? Ecce tales litteras per Prophetam
Ezechielem c. 18. offert dicens: *Si impius egerit penitentiam
ab omnibus peccatis suis &c. Sit & vivet, & non morietur.*
Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.
Sed & ipse Christus similes tibi obtulit litteras, dum dixit
Matth. c. 6. *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet
& Pater Vester celestis delicta vestra*; atqui tu dimisisti pro-
ximo tuo omnia peccata sua, ergo & tibi Deus omnia libens
dimittet. Denique revocet illi in memoriam, quàm grata sit
Deo spes de misericordia eius. Sic enim ipse Christus aliquan-
do, ut videre est apud Blosium in Monil. spir. c. 2. S. Mechtil-
di dixit: *Mihi valde gratum est, ut homines in bonitate mea
confidant, & de me presumant. Nam quisquis in me humili-
ter confisus fuerit, ac mihi bene crediderit, ego & in hac vi-
ta illi adero, & post mortem supra omne meritum ei benefa-
ciam. Quantum mihi quis credere, & de bonitate mea pie
presumere potest, tantum & in infinitum amplius obtinebit,
quia impossibile est hominem non percipere, quod sanctè cre-
didit, & speravit.* Dum verò S. Mechtildis quæreret, quid
potissimum de ipsius bonitate credere deberet, respondit
Christus: *Certâ fide crede, quod ego te post mortem suscipiam
sicut Pater filium suum charissimum, quodq; nullus unquam
Pater tam fideliter cum unico nato suo hereditatem suam
diviserit, sicut ego omnia bona mea & me ipsum tibi commu-
nicabo. Quicumque hoc de bonitate mea firmiter & cum hu-
mili charitate crediderit, saluus erit.*

III. Quàm verò placet DEO spes de bonitate eius, tam eum
offendit desperatio: hinc S. Catharinæ Senensis quondam dixit
*Peccatores, qui in mortis extremitate desperant de miseri-
cordia mea, multò gravius me offendunt, & magis mihi displi-
cent hoc uno peccato, quàm omnibus alijs iniquitatibus, quas
unquam commiserunt. Qui enim desperat, contemnit aperte
ipsam misericordiam, & perversè existimat, iniquitatē suā
maiorem esse, quàm sit eadem misericordia & bonitas mea.*

Vnde detentus huiusmodi peccato non dolet de offensâ admittâ, sed dolet de irremediabili damno suo. Qui si iritate dolet, quod me offendisset, atq; contempsisset, & misericordia mea fideliter speraret, ipse eam certissime veniret, quoniam in infinitum maior est ipsa misericordia mea, quam sint omnia peccata, quæ unquam fuerunt missa, vel quæ committi possunt ab aliqua creatura.

M E M B R U M III.

De Tentatione ex Vitæ amittendæ timore orta.

I. Tertia tentatio est vitæ amittendæ timor; contra quæ sic muniatur ægrum. Primò ostendat ex Apostolo ad **c. 9.** statutum esse omnibus hominibus semel mori; & aliquando moriendum est, nunquam meliùs morietur, quando Deus mortem illi decernit; Nam, ut S. Chrysostomus ait, *Boni tunc decedunt ex hac vita, cum meliores se mali, cum minus mali, quam futuri essent, si adhuc viverent.* Si ergo sanguinem emissuri illud tempus optimum credimus, quod Medici assignant, quantò magis animæ emissuri illud tempus eligemus, quod DEVS optimum dicat?

II: Secundò declaret, quòd anima in corpore sit tanquam in carcere, & tanquam in exilio; cur ergo non libenter accipiat mortem, quæ carceri januam aperit; & vincula dissolvit, ut in patriam omni genere deliciarum abundantem transire possit? an non filij ex Academijs in patriam ad vacatorem anhelant? an non sponsa peregrè profecta desiderat amplexus & præsentiam Sponsi? an non Operarius gaudet ire ex vinea in domum Patris familias, ubi denarium numerum recipiat? an non ipsa jumenta magis cursum accelerant, & elementa velociùs moventur, quando propiora stabulo centro esse sese advertunt? An non miles desiderat manu mactari, & partem prædam cum gaudio possidere?

III. Tertiò demonstret, quòd si Deo ita videatur, etiam invitum mori debeat; suadeat ergo illi, ut ex necessitate salutem faciat, & cum magno suo merito & beneplacito Deo promptè mortem accipiat, quam si repugnans acceptaret.

gis ab ea torqueretur, meritum ingens amitteret; & poenam purgatorii gravissimam accerseret.

IV. Quartò narret illi, quòd sicut P. Petrus Faber specialem post mortem gloriam obtinuit, eò quòd ex obedientia mortuus esset, ita & ipse non minùs præmium sperare possit, si in hoc casu obedientem sese Deo præbuerit. Certè qui reliquerit animam propter me, inquit Christus, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

V. Quintò proderit etiam unum alterumve exemplum afferre eorum, qui mortem vehementer desiderarunt, v. g. S. Davidis exclamantis: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!* S. Pauli dicentis: *Quis me liberabit de corpore mortis huius? cupio dissolvi, & esse cum Christo.* S. Praxedis, quæ rogavit Deum, ut se ab hac vita liberaret, ne tot mala videret. S. Cypriani, qui in serm. de mortalitate ait: *Quis anxius est de egressu in hac vita, nisi qui in fide dubius est, & spe vacuus? Illius est mortem timere, qui non vult Christi societatem, & ejus est, talem recusare societatem, qui non credit, quòd debeat regnare cum Christo.* Coëpiscopus quidam S. Augustini quæsitus, an libenter moreretur? respondit, si aliquando moriendum est, cur non modò? Conradus unus ex discipulis S. Dominici dixit ad adstantes: Scitote, fratres, quòd moriar fideliter, quia in fide Christi & Ecclesiæ: libenter, quia cum bona conscientia, & in Dei gratia: fiducialiter, quia spero, me in gaudium Domini intraturum: hilariter: quia ad requiem propero. Reginaldus Polus Cardinalis, cùm Rex Angliæ insidias vitæ illius strueret, dicebat, vitam alicui adimere perinde esse, ac si quis dormire volenti vestes detrahat. Sander l. 1. Schism. Angl. S. Nicolaa Virgo vitam suam his verbis finiit: *O quàm bene cadit ille, qui cadit in Dei brachia. Bona nox, ô munde; bona nox, ô vita; omnibus bona nox.* Sur. to. 6. Hortetur ergo egrum, ut cum Christo dicat: *Pater, si possibile est, transcat calix iste à me; verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Matt. 26. *In pace in id ipsum dormiam & requiescam, quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.*

M E M B R U M IV.

De Tentatione ex amore possessorum bonorum orta.

Quartā tentatio oritur ex possessorum bonorum amore, quæ proinde difficulter relinquit Infirmus; contra quam tentationem sic eura muniat Operarius. Et 1. ostendat hanc esse conditionem humanæ vitæ, ut sicut nudi egredimur ex utero matris, ita & nudi revertamur illuc.

II. Ostendat hæc bona tantum ipsi commodata esse, ut proinde non debere, si Dominus, qui ea ad tempus concessit, reperat iterum, sed potius dicere cum S. Jobo debere: *dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, factum est, sit nomen Domini benedictum.* Job. 1.

III. Ostendat, quanto meliora bona in altera vita manebant; jamque DEVM quodammodo ad ipsum dicere: *Veni, ego ostendam tibi omne bonum.* Quidni ergo omnia terrena arbitretur ut stercorea, & contemnat, ut Christum DEVM lucrifaciat?

IV. Ostendat etiam ipsam Christum nudum in cruce mortuum fuisse, neque adeo detrectandam esse servo conditionem, quam ipse Dominus prior subierit.

V. Ostendat etiam in ipsius potestate esse, bona ipsa per manus pauperum in cælos præmittere, aut certe cum meritis permutare; non esse proinde, cur de eorum amissione dolcat.

M E M B R U M V.

De Tentatione orta ex sollicitudine de Conjugibus & Liberis.

Quinta tentatio ex sollicitudine de superstitibus Conjugibus & Liberis oritur, contra quam sic infirmum muniat Operarius. 1. Ostendat, quod, si in cælos sit venturus, per illis possit precibus prodesse; quam si in vita maneret.

II. Ostendat DEVM non minus eos amare, quam ipsi se amaverit; si ergo ipse deserturus suos non fuisset, multo magis DEVM eos deserturum; illi enim derelictus est pauper, ipse Orphano crit adjutor, teste Davide.

III. Ostendat, quod, cum ab ipso in timore Domini colatur.

cati sint, non debeat illis timere inopiam; non enim esse inopiam timentibus eum.

IV. Ostendat, si tantam curam de Liberis & Coniuge habet, ut temporaliter vivere possint corpore, multo æquius esse, ut de seipso & de sua vita spirituali ac aeterna sollicitus sit; cum ergo illa cura hanc impediatur, merito eam abjiciendam, & solam de seipso curam suscipiendam. Projiciat ergo omnem sollicitudinem suorum in Dominum, quoniam illi cura est de ipsis.

MEMBRUM VI. De Tentatione Impatientiæ.

Sexta tentatio est Impatientia, contra quam sic muniat. I. Assiduo hortetur ad Passionem Christi præ oculis habendam; non enim sentit dolores servus, qui Domini sui dolores intuetur; imagnetur ergo sibi Christum in cruce pendentem, & ad se dicentem: *Venite ad me omnes, qui laboratis* (tali vel tali morbo) *& onerati estis* (doloribus corporis & animi) *& ego reficiam vos* (recordatione & virtute dolorum meorum) *O vos omnes, qui transitis* (aut consideratis passionem meam) *attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Thren. 1.

II. Hortetur eum, ut frequenter meminerit celestium gaudiorum aut pœnarum inferni, modo supra de tribulationibus in communi assignato; imò certo sibi persuadeat, hoc esse purgatorium suum; meminerit proinde ægri illius, qui, cum ab initio imprudenter elegisset, triduum magis in purgatorio, quam triennium in lecto inter dolores graves consumere, postea facti pœnitens dixit, malle se 300. annis dolores morbi, quam uno quadrante Purgatorii pœnas sustinere. Spec. Exempl. V. Infirmi. ex. 7.

III. Ostendat illi, lectum, in quo jacet, locum certaminis & scholam virtutum esse, omnibus proin viribus conandum, ut tam insignem laudis & præmij amplissimi obtinendi occasionem è manibus labi non sinat.

IV. Ostendat illi, quam brevis sit hic dolor cum æternitate comparatus; sicut ergo S. Athanasius in tribulationibus dicere solebat: *Scedamus paululum, quia nebula aut pluvia brevis (etn. Übergangl.) imminet, ita eodem modo ægrum sese jubeat solari.*

V. Exem-

V. Exempla Sanctorum afferat v.g. in antiquo Testamento S. Tobia, S. Jobi. In novo Testamento S. Clara quæ 28. annos gravissimis morbis excruciatæ est: & Lydwina, quæ 38. annis extraordinarios dolores perpassit, & 30. annis lecto ita affixa fuit, ut nec tangere terram potuerit: uti idem Surius testatur. Beniamini, qui alios & precibus curabat; non autem seipsum ab hydropæ, scilicet, lûm dicebat: Orate DEVM pro anima, de corpore nihil solliciti, quando & illud sano mihi in re nulla unquam commo-
davit, uti in Eccl. hist. p. 2. l. 6. c. 2. narratur. Illius monachi qui quæsitus cur fieret? respondit, biennium jam esse, quo Deus nullum illi morbum immisisset, & ideo mundum diabolum & carnem ipsi magis infestos esse, quos nunquam melius potuerit subjugare, quam quando corpus ægrum lecto jacuisset. S. Francisci oculorum dolore cruciati, de quo supra mentio facta: S. Bonæ Virginis, cujus ubera venæ depascebantur; de qua etiam supra dictum: S. Petri, qui cum alios sanasset umbrâ suâ, nolebat tamen Petronillam liliam sanare, nisi ad horam, ut ostenderet, posse se & illam sanare, si vellet, sed nolle facere, quia magis ipsi infirmitas impediret: S. Catharinæ Senensis spineam coronam eligentem præ aurea & capiti imprimentis: Servuli, qui à primævitate paralyticus nunquam sedere, nunquam ad latus declinare, nunquam manum ad os admoveere potuit, semper tamen in accessione dolorum DEO gratias agebat. Unde & in morte cantu Angelorum recreatus est.

VI. Ostendat illi, quàm paratus sit Christus juvare eos, qui gravi morbo vexantur; ita, ut S. Paulus 2. Corint. 12. dixerit: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabite in me virtus Christi.* Item, cum infirmor, tunc potens sum. Dicat ergo æger cum S. Augustino: *Domine, hinc ure, hic fac, modo parcas in æternum.*

MEMBRUM VII.

De tentatione ex metu Purgatorij orta.

I. SEptima tentatio ex metu purgatorij oritur, contra quam sic muniat Infirmum Operarius, imprimis offerat illi, si potest, indulgentias, vel ostendat illi, quomodo ratione Congregationis, si cui nomen dedit, lucri eas possit.

II. Pro

II. Promittat, se pro illo sedulo oraturum, sed & amicos idem facturos, curaturusque, ut plures pro ipso Missæ offerantur.

III. Declaret, quod, si patienter & fortiter sustineat dolores suos, eosque DEO in satisfactionem offerat, purgatorii loco sint futuri; si enim S. Bernardus teste Cantiprat. l. 2. apud c. 5. p. 2. fratri cuidam laboranti dixit: Perge frater, quia nullum aliud post hanc vitam purgatorium habebis; quanto magis hoc patienti dici poterit? si Monachus ille, apud Cæsar. l. 12. c. 51. qui tantum recordatus est passionis Dominicæ (quando crucem transibat) & rogabat per amaritudinem, quam Christus in morte sustinuit, ut sui quoque in agone recorderetur, ab omni purgatorio liberatus est, quanto magis hanc gratiam sperare poterit, qui Christi SS. Passionem non verbo, sed opere; non recordando, sed imitando, venerari conatus est? Martyres certe purgatorium non patiuntur; atqui teste S. Gregorio homil. 35. in Evangel. *Sine ferro & sanguine Martyres esse possumus, si patientiam veraciter in animo custodimus.* Hinc aliquando Christus S. Ludgardæ apparuit, monuitque, ut cæcitatem suam patienter sustineat, sic enim liberam fore à purgatorio.

IV. Ostendat insuper, quod, si iustissimo Dei judicio in purgatorium mittendus esset, spem tamen optimam concipere possit, se non diu ibi relinquendum, tum, quia ipse misericors erga animas purgatorii semper fuit, atque adeo parem juxta Servatoris promissum misericordiam est consecuturus; tum, quia specialiter cultui Beatissimæ Virginis fuit addictus, quæ aliquando S. Brigittæ dixit: *Ego sum Mater DEI, & Mater omnium, qui sunt in purgatorio, quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis eorum, per preces meas quolibet horâ aliquo modo mitigantur,* ut l. 4. Revel. c. 138. refertur.

MEMBRUM VIII.

De Tentatione ex pœnitentiæ agenda.

desiderio orta.

I. **O**ctava Tentatio est desiderium vitæ protrahendæ ad seriam emendationem vitæ instituendam, meritæque augendæ, Contra quam sic muniat ipsum Operarius. I. Ostendat,

scendat, quàm incertum sit, num hoc facturum esset; quoniam proponant homines emendationem, & tandem exequi cœtant; & ideo forrè ipsum DEUM disponere, ut jam motum, ne deterior factus in periculum salutis se conjiciat.

II. Ostendat, meliorem esse obedientiã, quàm victoriam adeoque gratius fore DEO, si voluntati illius se resignet, quàm si vivus juxta voluntatem propriam relinqueretur, & sanctissimè viveret.

III. Declaret illi, quantum mereri possit, si propter DEUM amorem libenter carere velit merito, quod per longiorem vitam obtinere possit: si enim, qui terrena bona relinquunt propter Deum, centuplum accepturus, & vitam æternam posciturus est, quid sperare poterit, qui propter eundem DEUM æterna & supernaturalia bona dimittit?

IV. Ostendat etiam, quantum conducatur ad satisfactionem, si patienter mortem excipiat: si enim satisfacere DEO plenissimè nonnulli censentur, qui temporalia bona sibi cari patiuntur, aut ipsi pauperibus tribuunt, ut adeo etiam Daniel suaserit Nabuchodonosori, ut peccata sua elemosynis redimeret, quanto magis satisfaciet, qui vitam ipsam omnium rerum charissimam, & gloriam, quam per vitam longiorem sibi præparare potuisset, eo sine libenter dimittit, ut non graviter à se offenso DEO quàm plenissimè satisfaciatur?

V. Declaret illi, voluntatem DEI tanti esse faciendam, si omnia Sanctorum merita solus possidere posset, tamen voluntatem DEI præferre deberet, utpote, quã ipsi etiam Beati plus, quàm suã felicitate delectantur, quanto magis etiam longè minora illa commoda, quæ per vitam sperare longiorem posset, DEI beneplacito postponenda, & contemnenda erunt? maxime commoda, quæ propter Dei amorem & beneplacitum negliguntur, per idem DEI beneplacitum abundantius recuperantur.

§. XII.

An permittendum sit Infirmis, ut alios alloquantur, & exhortentur ante mortem.

I. Cùm experientia crebra ostendat, illa dicta, quæ à moribundis proferuntur, multò alius plerumque potius tractare, ideo non obeat interdum (si circumstantia Personarum